

HISTORIA  
**MERCVRII**  
ET  
**MERCVRIALIVM**  
**MEDICA.**

---

*LIBELLVS SECUNDVS.*

---

SCRIPSIT  
ERNESTVS GODOFREDVS  
BALDINGER,

SERENISS. PRINCIP. LANDGRAV. HASSO-CASSEL.  
A CONSIL. AVLAE ET ARCHIATER PRIMA-  
RIVS, ILLVSTR. COLLEG. CAROLINI  
PROF. PRAX. MED. ORD. ET H. T.  
PRO - RECTOR.

---

GOETTINGAE,  
*apud IO. CHRIST. DIETERICH.*

1785.


HISTORIA  
LIBERGABII

HERCULIANA  
MDCV

LIBERTATIS DOCUMENTA

LIBERTATIS DOCUMENTA

PIIS MANIBVS  
FILII DESIDERATISSIMI,  
ERNESTI FRIDERICI,  
PRIMOGENITI,  
ET VLTIMO MORTVI  
  
LVGENS  
PATER.





## L E C T V R I S.

S.

**I**ncredibilis fere, et stupenda omnino ignoran-  
tia eorum, qui artem medicam exerceat,  
ex ineptis formulis, quas medicorum turba  
quotidie solet praescribere, late patet, ut dubius  
anceps haeream, num sunt rudes magis in stu-  
dio chemico - pharmaceutico, an vero in ipsa  
artis historia?

Etenim si legissent, quae in melioribus li-  
bris iam dudum annotata sunt, non peccarent  
quotidie in formularum praescriptione, vt  
tiro trium dierum in officina pharmaceutica  
derideat horum ineptas formulas. —

A 3

Qua-

*Quadrata rotundis adiiciunt saepe, ut lugubre sit omnino fatum aegrotorum, qui rudes homines pro medicis habent.*

*Quid ineptius mercurii dulcis connubios cum Tamarindarum Pulpā, aut emulsione, quae continent mercurium dulcem? Minime miscenda sunt, quae mixtionem non admittunt, nec aliqua indicatione firma et stabili misceri possunt. Princeps causa, cur toties contra artis praecepta hallucinari videamus, qui se medicos fingunt, haec esse videtur, quod neglexerint in academiis studiis chimico - pharmaceuticū, nec sciant satis, quae sit indoles medicamentorum chemico - pharmaceuticorum. Non itaque superflius labor videtur toties prima artis nostrae praecepta iterum iterumque inculcare tironibus — e quorum numero non pauci Doctoris, immo Professoris titulo superbiant — et si*


et si vix locum mercantur in subcelliis eruditissimorum  
Professoris, cui curas cordique est, ut sapere  
discant auditores. Ingens multitudo est phar-  
macorum mercurialium. Sunt efficacia, heroi-  
ca, summaque prudentia adhibenda. Non  
iusto enim tempore data, pessime nocent,  
horumque effectus tunc iis perfecte similes, qui  
ab assumpto veneno solent oriiri. Sola enim  
dosis, et applicatio, medicamentum a veneno  
distinguit, omnium consenserunt.

Quae in tot libris, variis passim argumen-  
ti, passim occurunt, de praeparatis ex mer-  
curio, horumque usu medico, ea omnia sedulo  
in epitomen quondam redegi, ut uno intuitu  
statim innoteat singulis, quenam sit horum  
mixtio et indeles. Sermo fuit in libello primo  
et secundo de mercurialium indele, supereft,  
ut in libello tertio exponam praecipua, quae

*vsum mercurii et mercurialium spectant.* Scio;  
medicis eruditis et in artis exercitio iam versatis,  
haec omnia non esse noua. Sed scopus non  
fuit noua scribere, qui nota et notissima, ti-  
ronibus et junioribus medicis nota facere decre-  
ui. Aequi iudices meum inferuendi studium  
diuidicent ex scopo. Scrib. Caffellis d. XIV.  
Augusti 1785. Principis Optimi, qui nobis  
hoc otium fecit.

E. G. BALDINGER.

PROGR.



## PROGR. I.

CASSELLIS; D. VIII. FEBR. MDCCCLXXXV.

Scribere coepi ante hos annos tres Göttingae historiam mercurii et mercurialium medicam, sed prima pars solummodo prodidit, continens pharmaca mercuralia, quae sola fere mixtione obtinentur, nec non praeparata *sulphureo-mercuralia*. Quae illo tempore in quatuor programmatibus proposui, paulo post libelli forma recudi curauit. Quae vero supersunt, hac occasione opportuna pertractare mecum decreui. Praecipuam itaque nunc attentionem merentur *salino-mercuralia*, *praecepitata* partim, partim vero *sublimata*, quorum usus in medicina et chi-

rurgia insignis est, ad morbos sanandos, potissimum vero chronicos et rebelles.

Scripsi vero in usus medicorum praxin ineuntium, epitomen quandam eorum, quae in tot libris sparsim occurunt, quaeque nostra aetate ignorare debet nemo. Sermo erit de conficiendis singulis praeparatis, nec non de singulorum usu medico-chirurgico. Sed ut facilius pateat, quaenam sint praecipua salino-mercurialia pharmaca, tabulam quandam synopticam praemittere debui.

Sunt nempe tot *salino-mercurialia*, quot sunt mercurii in acido vario solutiones.

Occurrit solutio mercurii in acido

I. *Minerali,*

et quidem

A) *Vitrioli concentrato.* Haec largitur *Turpethum minerale.*

B) *Nitri*, cuius beneficio obtinetur *Mercurius precipitatus ruber* et *Arcanum Corallinum.*

C) *Salis*

C) *Salis communis*, cuius ope surgit  
*Mercurius sublimatus corrosivus et*  
*Mercurius sublimatus dulcis et*  
*Calomel.*  
*Mercurius praecipitatus albus.*  
*Mercurius dulcis martialis Hartmanni.*

## II. *Vegetabili.*

A) *Aceti.*

*Nascitur mercurius praeparatus Key-  
 seri et Davisoni.*

Huc etiam pertinet

*Mercurius praecipitatus viridis.*

Soluitur nempe mercurius et cu-  
 prum in acido nitri, post men-  
 struui euaporationem noua solu-  
 tio in acido acetii fit.

B) *Tartari.*

Hac ratione paratur

*Mercurius Tartarisatus*

*Cl. Monnet et Pressavim.*

Reliqua salino - mercurialia, rarius aut  
 nunquam in medicina usitata lubens mitto,  
 nam

nam chemici potius quam medici attentio-  
nem merentur.

De singulis vero seorsim dicendum est.  
Agmen ducat

## I.

*Mercurius praecepitatus ruber.*

BASILIO VALENTINO eius praepa-  
ratio iam nota fuit. Paratur autem methodo  
duplici. Alia longior est, alia brevior. Illa,  
cum mercurius per aliquot menses igni ex-  
ponitur, donec ruber appareat, et tunc audit

*Mercurius per se calcinatus.*

Cl. WEIGELIO debentur encheireses, ut  
omnium optime obtineatur a). Altera me-  
thodus est; soluitur mercurius in acido nitri,  
post menstrui abstractionem tam diu expo-  
nitur igni, donec ruber euadat. Haec me-  
thodus sola in usu est. Prior enim, ab Al-  
chymicis

a) Chym. min. Abh. T. I. S. 30. Cl. LEON-  
HARDI in not. ad MACQVERI Dict. chym.  
p. III. p. 628.

chymicis excogitata, vana et superflua est.  
 Bene satis monuit enim Cl. WIEGLEB b)  
 nullum esse discrimen inter praeparatum istud,  
 siue primam, siue alteram methodum ele-  
 geris. Idem docuit, perperam istud praee-  
 paratum appellari calcem, nam calcis dotes  
 non habet c). Etenim non amisit phlogis-  
 ton, atque igne solo eius reductio chemica  
 iterum perficitur. Acor non salinis, sed  
 igneis debetur particulis. Nulla enim super-  
 fuit in hoc praeparato, quod perperam calx  
 appellatur, acidi nitri vestigia d)). Solutio  
 mercurii in acido nitri eam ob causam eius  
 calcinationi solet praemitti, vt igneae parti-  
 culae mercurio facilius adhaereant. Metho-  
 dum Amstelodamensium in confiendo praee-  
 cipitato

b) Chym. B. 2. p. 448 - 450.

c) Idem ib.

d) SPIELMANN diss. de Hydrarg. ppt.  
 effect. §. 6. recus. in collect. Cl. WITT-  
 WER. Vol. I. p. 185. LEONHARDI,  
 in not. ad MACQUERI Distr. chym. T. III.  
 p. 632.

cipitato rubro, descripsit CL. FERBER e). Sed hic repetenda sunt, quae contra Londonenses CL. DOSSIE monuit, qui eadem fere ratione, minime fere optima praecipitatum rubrum parare iubent f). Solo igne, sine additamento, ex mercurio, tam praecipitato albo, quam dulci, modo sublimatio impediatur, mercurii praecipitati rubri species gigantur g). Sed et sublimatione quadam miscelae ex mercurio, nitro et vitriolo obtinetur mercurius praecipitatus rüber. Est haec methodus satis antiqua, scil. ISAACI HOLLAND ET KVNCCKELII h). Origo praeparati non differt a priori. Hac enim operatione globuli mercurii in sublime rapiuntur atque particulis igneis impraeognantur.

Vana illa opinio, acrimoniam praecipitati rubri deberi acido nitri mercurio adhaerenti,

e) Neue Beytr. zur Mineralgeschichte &c.

L.B. Mietau 1778. p. 354.

f) Eröfnet. Lond. Laborat. &c.

g) WIEGLEB, I. c. p. 451.

h) Ib. I. c.

renti, ineptam eius correctionem peperit, qua acrimoniam illam salinam abluere studuerunt.  
**LIBAVIVS** inuentor dicitur. Partes prae-  
cipitati rubri et alcali fixi aequales tritura-  
tione miscere solebant, dein aqua abuer, post  
vero super mercurio aliquoties spiritum vini  
desflagrare. Princeps causa huius correctio-  
nis fuit, ut praeparatum istud mitius fieret.

*Arcanum Corallinum* a coloris quadam  
similirudine istud praeparatum appellauit **LI-  
BAVIVS**, et **THEOPHRASTVS PARA-  
CELSVS**, mercurium *praecipitatum diapho-  
reticum* <sup>i)</sup>). Superfluuus omnino labor est <sup>k).</sup>  
Merito itaque ridendi, qui ex ignorantia stu-  
dii chemici, nostra aetate adeo exculti, nescio  
quae somniant, de praestantia huius vel il-  
lius praeparati, v. c. mercurii, solo igne cal-  
cinati, cum ab horum usu neutiquam virtus  
Specifica exspectanda sit, aut peculiaris quae-  
dam.

Innotuit

<sup>i)</sup> SPIELMANN Inst. chem. ed. alt. p. 173.

<sup>k)</sup> WIEGLEB, l. c. p. 450.

Innotuit fraus corrumpendi mercurium praecipitatum rubrum, scilicet minio et cinnabari, subtilissime puluerisatis. Sed cognoscitur facile. Etenim mercurius suspectus cum puluere carbonum in crucibulo fusorio igni exponitur. Plumbi enim reductio de minio addito non dubitare sinit. Cinnabaris si admixta, is fumi forma aufugere solet, cum super ferro candente mercurius praecipitatus ruber igni exponitur.

Antiquitates v̄lus mercurii praecipitati rubri quot attinet, teste ASTRVC <sup>l)</sup> iam 1514 IO. DE VIGO interne adhibuit ad luem gallicam sanandam, immo fuit primum omnium mercurialium, quae contra hunc morbum in v̄su fuerunt vñquam. Eodem teste m) ANT. GALLVS 1540 ad mentem VIGONIS adhibuit BOERHA-

VIVS

<sup>l)</sup> De morb. ven. ed. alt. p. 165.

m) Ib. p. 692.

VIVS de vſu eius interno et externo, cum  
ſalutari, tum noxio, multus eſt n).

THOM. BARTHOLINVS noxios eſſe.  
ctus ab eius vſu extero annotauit o). MEL-  
CHIOR FRICCIUS p) multa collegit de  
morbis venereis ptyalifimo ſanatis ope pree-  
cipitati rubri.

Corroſivum iſtud medicamentum noſtra  
aetate ſolummodo externe applicatur, contra  
verrucas et condylomata, ſive pulueris, ſive  
vnguenti forma. Eſt aliud vnguentum, quod  
in ophthalmia veheſenter laudat. B O E R-  
HAA VIVS q), cuius formula sequens eſt:

R. Butyr. non ſalit. 3jj.

Cerae alb. 3j.

Merc. praecip. rubr. 3ß.

Opii gr. jj-jjj. mifc.

n) Chem. P. II. ed. Lips. 1732. 8vo p. 424.

o) Epift. med. Cent. III. 100.

p) In libro rarioſi, mere quidem compilatio-  
titio, ſed vtiliſſimo, de virt. venen. me-  
dica, Vlm. 1701. 8vo p. 103.

q) De morb. Oculor. Götting. 1730. 8vo p. 95,

misc. super igne in mortario vitreo vel alabastro. Includatur linteo raro. Conseruetur in aqua roscarum in loco calido. Quater vel quinquies singulis diebus premitur super oculum, ut eius particula oculum ingrediatur.

Laudat in Lippitudine usum vnguenti huius Cl. THEDEN *r*). Vniuersam doctrinam de praecipitatis mercurii, coloris varii pertractauit Cl. SPIELMANN *s*). De calcibus item mercurii experimenta nobiscum communicauit Cl. BAYEN *t*) et Cl. CADET *u*). De usu vero mercurii calcinati egit nuper Cl. SAVNDERS *v*).

## II.

### *Mercurius praecipitatus albus.*

Mercurius praecipitatus albus recentioris aetatis inuentum videtur, quod IOANNES

HART-

*r*) Neue Bemerk. u. f. w. p. 192.

*s*) Chem. ed. alt. p. 243.

*t*) v. Samml. aus ROZIER B. I. Leipz. 1776.  
8vo p. 249.

*u*) Ib. p. 320.

*v*) Samml. für pract. Aerzte, B. 3. St. 3.  
p. 405. sqq.

HARTMANN primus omnium descripsisse dicitur a). Occurrit vero apud Hartmannum sequens descriptio. „*Panacea mercurii albi vulgaris*: mercurius in aqua forti dissoluitur: „in solutionem aqua salsa infunditur, vt mercurius ad fundum praecipitetur. Qui ab „omni salfedine liberatus, exhibetur cum te „rebinthina a gr. jv ad x vel xvj.”

BARCHVSEN praecipitati albi iam mentionem fecit tanquam medicamenti illo tempore vslati b), Laudat iam eius vsum internum ad vermes necandos, externe vero in scabie, serpagine, aliisque faciei pustulis.

Mirum est profecto, tam sero hoc praeparatum innouuisse, cum diu ante notum fuerit istud praeparatum quod mercurius sublimatus corrosiuus appellatur. Etiam non multum differt vnum ab altero, et bene monente

a) *Prax. Chimiatr. Genen.* 1782. 8vo p. 16.

b) *Pyrosophia L. B.* 1698. 4o p. 187.

nente Cl. MONNET *c)* ab affusa maiori quantitate acidi salis, loco praecipitati vulgo albi, vera species sublimati cortosui obtinetur. Sola proportione acidi salis ad mercurium differt praecipitatus albus a mercurio sublimato. Paucis repeto antiquam methodum conficiendi mercurium praecipitatum album. Soluitur nempe prius in acido nitri, et tunc admiscetur solutio salis communis, aut spiritus salis, aut sal ammoniacum. Fit aqua regis, quae soluit quidem mercurium, sed ab affusa aqua abuitur *d)*. De variis mercurii praecipitatis et de albo etiam prolixo olim scripsit LEMERY *e)*. Methodum nouam Cl. LEMERY docuit, scil. solutioni salis ammoniaci vnciis quatuor in aqua libra integra, adiecit quatuor vncias *mercurii sublimati*, sensim.

que

*c)* Act. Suec. Vol. XXXII.

*d)* BOERH. Chym. T. II. SPIELMANN Chym.  
p. 295.

*e)* In Act. Paris. vid. Cl. CRELL N. Chym.  
Arch. B. I. p. 78. et 134.

que admiscuit alcali fixum solutum, ea quantitate, donec praecipitatio absoluta sit omnis. Hanc methodum BOSSIE laudat. Haec methodus est ablution mercurii corrosi, quae absorbet copiam acidi salis communis, ut longe minor sit ratio acidi ad mercurium, quam in mixtione sublimati.

De variis praecipitationis mediis egit MACQVER f), et recte monuit, vix semper ex menstruo omnem mercurii copiam deiici, cuius partem solutam tenet, praecipitatum vero pro vario praecipitationis medio, mox salinae, mox calcareae indolis.

Historiam praecipitati albi Cl. BERGMANN pertractauit g). Aliam nuper methodum conficiendi praecipitatum album docuit Cl. WIEGLEB h). Soluitur nempe mercurius in  
acido

f) l. c. p. 620.

g) Act. Suec. P. 33. et Cl. CRELL chym. Journ. Th. II. S. 210.

h) Primum in Fortg. kl. chym. Abh. v. Apoth. B 3 Alm.

acido nitri, admiscetur solutio salis ammoniaci, dein oleum tartari per deliquium instillatur (cauendone nimium instilletur). Praecipitatum edulcoratur, exsiccatur.

Etiam fráude corrupti solet mercurius praecipitatus albus, nam mox adiicitur cerussa, terra alba, vel amyelon <sup>i</sup>). Cerussam prodit sequens experimentum: Mercurius praecipitatus albus cum parte tertia alcali fixi <sup>in</sup> crucibulo candente exploratur. Vaporis forma mercurius fugit, remanet plumbum, quod hac ratione reduci solet. Alcali cum acido salis fistit speciem salis digestiui febrifugi. Soluitur istud sal, tunc terra admixta aliena remanet. Si amyelon admixtum, C A R B O remanet, si mercurius laminae ferreae candenti imponitur. Vsum *internum* praccipitati albi vehementer laudat BOERHAAVIUS <sup>k</sup>) in primis

Alm. 1782. Item in noua ed. Chem. voga  
GELII p. 616. et nuper in chem. prop.  
P. II. p. 1319.

<sup>i</sup>) DOSSIE et BERGMANN l. c.

<sup>k</sup>) Ed. cit. p. 422.

in primis contra vermes, scabiem, vlcera ve-  
nerea et alias morbos rebelles chronicos.

Blandam cire saliuationem idem monuit,  
et SWITENIVS hoc praeparatum mercuriale  
ad saliuationem p̄ae ceteris amauit,

Vnguentum istud quod BOERHAAVIVS  
l. c. laudat, non differt nisi proportione in-  
gredientium ab vnguento ZELLERI vel WERL-  
HOFII <sup>1)</sup>, quod in scabie, et tinea capitis tuto  
et cum summa euphoria solet adhiberi. Ab  
anno 1774-82 Goettingae in instituto clinico  
plus quam trecentum libras præscripsimus,  
infantibus et adultis, nec vñquam malum ef-  
fectum ab eius vsu animaduerti. Cl. LANGE <sup>m)</sup>  
admisto oleo tartari per deliquium mitius red-  
dere voluit præcipitatum album.

### III.

#### *Mercurius sublimatus corrosivus.*

E numero praeparatorum mercurialium  
hoc omnium antiquissimum videtur, et quod

B 4

olim

<sup>1)</sup> v. KLEIN select. rat. form. p. 318.

<sup>m)</sup> Miscell. verit. med. Fasc. I, p. 6.

olim venenum maxime deleterium appellari consueuit, nostra in primis aetate adeo frequenter adhiberi coepit vsibus internis, ut pane, cibo, et bellariis facilius carere possint homines, quam illo veneno, necandis muri bus aliisque animalibus nocivis olim destinato. Tanta est rerum vicissitudo!

Arabes suo iam tempore nouisse mercurium sublimatum, testimonia multa occur runt, quae SPIELMANNVS a) collegit.

FRICCIUS prolixè egit de vsu sublimati corrosiū ab omni retro aetate b). Alibi ipse recensui quae WISEMANN, ZWOELFERVS c) et STEPH. BLANCARD d), nec non GMELINVS iunior e) de sublimati vsu annotarunt. GMELINVS senior sublimati tanquam empirici

a) In diff. cit. de Hydrarg. ppt. int. effect. §. 7.

b) l. c. p. 97. sqq.

c) Mag. f. Aerzte St. 12.

d) N. Mag. f. Aerzte, B. I. St. 6.

e) Mag. f. Aerzte, St. 10.

ri ci medicamenti in Sibiria meminit f). Hi-  
storiam antiquitatis mercurii sublimati in hi-  
storia pharmaciae exposuit Cl. RETZIVS g).  
Antiquam Venetorum methodum parandi  
sublimatum corrosuum narravit TACHE-  
NIVS h). Recentior Amstelodamensium  
methodus descripta legitur apud Cl. FER-  
BER i).

Sunt vero mercurium sublimatum consi-  
ciendi plures methodi. Vulgo mercurius  
soluitur in acido nitri, et acidum iterum ab-  
strahitur distillatione, Edulcorato mercurio  
admiscentur vitriolum ad flavedinem calci-  
natum, nec non sal commune decrepitatum.  
Sublimatio in cucurbita vitrea institui solet.  
Remanet sal mirabile Glauberi.

Acidum salis communis melius agit in  
mercurium, si prius in acido nitri solutus.

## B §

## Vitrio-

f) In hist. itiner. P. I. p. 148.

g) Act. Hafn. T. I. p. 113, sqq.

h) Hipp. chym. p. 215.

i) l. c. p. 348.

Vitriolum expellit acidum salis : vnde haec tria acida, quae simul adhiberi solent, solummodo efficiunt, ut facilius salis communis acidum coeat cum mercurio.

Sed iam olim LEMERY ex solo mercurio et dupla portione salis communis decrepitati obtinuit mercurium sublimatum <sup>k)</sup>.

Etiam mercurius praecipitatus ruber <sup>l)</sup> et sal commune, aut spiritus salis communis, largiri solent mercurium sublimatum. Alia ratione DOSSIE <sup>l)</sup> ex mercurio, sale communni, et vitriolo calcinato, vel oleo vitrioli mercurium sublimatum parare docuit. Mercurii in acido nitri soluti partem unam, vitrioli ad albedinem calcinati partes 2. et salis decrepitati partem unam ex balneo arenae subli-

<sup>k)</sup> Hist. de l'Ac. de Soc. de Paris 1709. et Cl. CRELL N. chem. Ann. B. 1. p. 25.

<sup>l)</sup> Methodus fuit KVNCHELII et Cl. BOVLDVC Mem. de l'Ac. des sc. de Paris 1730.

sublimare iubet ERXLEBEN *m*). Plura qui  
scire cupit, euoluat Cl. MACQVER *l. c. n*).  
Etenim mihi sufficit generatim indicasse phae-  
nomenorum rationes. De vnione mercurii  
cum acido salis, huc pertinent, quae C. BERG-  
MANN docuit *o*).

Sed noua methodo mercurium sublima-  
tum sine igne nuper docuit elaborare Cl.  
MONNET *p*), eaque simplicissima. Solutioni  
nempe mercurii in acido nitri calidae admi-  
scetur solutio salis communis. Acidum nitri  
cum alcali salis communis largitur nitrum cu-  
biculum, et acidi salis cum mercurio connu-  
bium largitur mercurium sublimatum. Mitto,  
quae alii de proportione acidi ad mercurium  
habent

*m*) Chem. ed. alt. a Cl. WIEGLER emendata  
§. 503.

*n*) B. V. p. 242. sqq.

*o*) Schwed. Abh. B. 32. et CRELL ch. Journ.  
II. S. 169.

*p*) Schwed. Abh. B. 32. vor 1770. et CRELL  
ch. Journ. II. p. 171, nec non Apoth. Al-  
manach 1781. p. 30. RETZII addit, schwed.  
Abh. B. 32.

habent, nam sufficit legisse, quae nuper de  
codem argumento Cl. SCOPOLI disputauit q),  
quae docent, hoc praeparatum non semper  
vnius eiusdemque indolis esse. Proportio  
enim acidi ad mercurium varia est, et maxi-  
me corrosiuus mercurius is est, qui maximam  
copiam acidi continet, quae cum mercurio  
iuncta.

Quae sint antidota acerrimi huius veneni,  
singulari studio explorauit Cl. NAVIER r).  
Fuit a seculo nono mercurius sublimatus cor-  
rosiuus in vſu, et sec. XVI. mature adhiberi  
coepit contra luem gallicam, diuque mansit  
empirorum et chirurgorum priuiceps medi-  
camentum, quod medici minus audaces, ra-  
rius adhibuerint. Fuit tamen ante BOER-  
HAAVII tempora etiam medicis in vſu, quod  
testantur scripta BLANCARDI, ZWOELFERI,  
WISEMANNI et aliorum. Nec ipſe BOER-  
HAAVIUS

q) CRELL chym. Annalen, B. I. St. 1. 1784.

r) Gegengifte des Arsenics, sublimatis u. f. w.  
ex Gallico c. annot. per C. E. WEIGEL I. B.  
Greifsw. 1784. 4to min.

HAAVIVS ignorauit sublimati vsum internum s),  
 ait enim, drachma misturae, gr. j. in aquae  
 vncia, syropo violaceo mitificatus, si potatur  
 bis, terne, in die, mira praefstat in morbis  
 incurabilibus. At prudenter, a prudente me-  
 dico; abstine si methodum nescis! Sed RI-  
 BEIRA SANCHEZ hoc saeculo vsum mercurii  
 sublimati denuo restituit. Ille enim PHI-  
 LIPO FRID. GMELIN contra cancrum com-  
 mendauit t), et SWITENIO contra luem gal-  
 licam u). Ab eo vero tempore frequenter  
 adhiberi coepit mercurius sublimatus, et a  
 multis in variis morbis praeter luem gallicam  
 laudatus fuit, quorum omnium mentionem  
 fecit Cl. BOEHM. v). Nemo autem magis  
 laudauit mercurium sublimatum quam Cl.

GARDAS

s) Chem. P. II. p. 427.

t) V. GMELIN diff. specif. meth. recent. can-  
 crum sanand. Tub. 1757. praefat.

u) Comment. in Aph. &c. L. B. 1772. p. 550.

v) In diff. de varia syphilidis Therapia, re-  
 cens. in sylloge mea, nec non in Cl. WIT-  
 WER, collect. diff. Argent.

GARDANE *w*). Mercurium sublimatum mercatorum fraude arsenico albo contaminari, consentiunt SPIELMANN *x*), DOSSIE *y*), GAERTNER *z*) et WALBAVM *a*). Duo sunt in primis criteria, quibus fraudem cognosci posse affirmarunt, odor scilicet mercurii cum arsenico mixti alliaceus *b*), si prunis inspergitur, et praecipitatio, sive per oleum tartari per deliquium, seu aliud alcali fixum *c*) immo etiam per alcali volatile *d*) quod tunc nigrum euadat praecipitatum.

Et habitu externo genuinum sublimatum a spurio distingui posse, Cl. GOTTLING monuit

*w*) Ex gallico eius liber germ. prodiit Aug. Vind. 1771. 8vo sed male. Praefstat noua versio, Sorau 1777. 8vo.

*x*) Chem. p. 239.

*y*) Im eröffneten Laboratorio.

*z*) In diss. cit.

*a*) Verzeichniß einer vollständ. Apotheke, Leipzig. 1769. sqq. Tab.

*b*) SPIELMANN l. c.

*c*) DOSSIE.

*d*) GAERTNER et SPIELMANN l. l. cit.

nuit e), item aquam calcis certum fistere criterium, affirmauit, nam prouocat ad colorē aurantium praecipitati, quod per aquam calcis obtinetur. Quae monenda deinceps videbimus. Nouo experimento confirmatum legitur, mercurium sublimatum et arsenicum album noua sublimatione posse combinari f), simul vero exploratio mercurii sublimati per oleum tartari confirmatur, per aquam calcis vero dubia redditur. Post haec Cl. BÜICKING varia communicauit g), quae docent, diu iamiam adulterium sublimati cum arsenico notum fuisse, et BARCHUSENIVM criterium per oleum tartari suo iam tempore dubium declarasse, et postea Cl. BOVIDUC nouis experimentis dubium reddidisse. Locum BARCHUSENII allegasse non poenitebit. Ille ait h): „*Miror*, cum maxime plerosque chemiae

„auctores

e) Apoth. Alm. v. 1782. p. 149.

f) Apoth. Alm. v. 1783. p. 184.

g) N. Mag. für Aerzte, B. VI. St. I. p. 65.

h) Pyrosophia, L. B. 1698. 4to p. 194.

„auctores scribillantes, mercurium subl. falsi-  
 „ficatum dignosci posse, si ei olei tartari per  
 „destillationem facti, gutta una et altera su-  
 „per instilletur, quodsi rubesceret, bonae in-  
 „dolis, pessimae autem, cum nigresceret.  
 „Verum omnis ferine corrosius, quantum-  
 „uis optimus, primo flauam, post rubram,  
 „et si diutius aëri exponatur, quadantenus  
 „nigram contrahit maculam, quae haud qua-  
 „quam ab arsenico proficiscitur. Arsenico  
 „namque si adfunditur, nescio quotquot salis  
 „tartari resoluti, non effervescent iugiter, et  
 „ne minima quidem coloris albidi sit in alium  
 „conuersio. Ergo hyberbolen sapiunt, opi-  
 „nantes a macula illa fusca mercurio ab oleo  
 „tartari impregnata, ferre iudicium quem  
 „posse adulterati mercurii corrosiui."

Ad ea, quae Cl. BVECKING l. c. monuit,  
 Cl. GOTTLING loco infra citato, nonnulla  
 regessit i) concedere tamen coactus fuit, non  
 sufficere criterium per aquam calcis.

#### Dosis

i) Apoth. Alm. 1785. p. 193.

Dosis, qua mercurius sublimatus in medicorum libris praescribitur, non eadem fuit omni tempore, sed admodum varia; saepe magna et vix imitanda. Nec menstruum semper idem fuit. Formula Cl. SANCHEZ iubet spiritum frumenti eligere, alii spiritum vini, alii spiritum sacchari et aquam *k*), alii aquam solam, v. c. BLANCARD et TVRNER *l*).

BLANCARDI formula maximam continet mercurii copiam, scil. drachmam integrum in aquae communis uncis viginti solutam. Dosis erat diebus alternis cochlear vnum.

BOERHAAVII dosis erat  $\frac{1}{4}$  grani, SANCHEZ et SWIETEN gr. vi. in lib. j. spiritus frumenti soluere iubent.

BIERCHEN combinavit formulam SWIETENII et PLENCKII simul *m*), nempe

*k*) DVROSQ dela ROBARDIERE, v. GÖTT.  
Anz. 105. St. 1777.

*l*) Syphilis, p. 99.

*m*) Vid. ROSENSTEIN in libro notissimo,

C

nempe grana vj. sublimati cum drachmis duabus mercurii gummosi in decem vnciis menstrui, aqua scil. fontan. vijj. et cinnam. jj. vnciis, — syrapi Alth. vncias duas addit. ROSENSTEINIO haec compositio magis placuit, quam ipse mercurius dulcis. Minor certe menstrui copia in hac formula sufficit. Solutionem aquosam praestare Cl. GRELL n)  
testatur.

Pilulac IACOBI decem continent granum vnum mercurii sublimati in aqua soluti, et tres vna vice, mane, vesperi propinantur.

Sed plura exempla docuerunt, has pilulas fero interdum non solutas vomitu iterum eiici.

Iam sufficiat generatiū egisse de mercurio sublimato, nam suo loco de mercurialium vario vsu medico seorsim dicam.

Sed de

*Aqua Phagedaenica* (Φαγεδαινική)

hic

n) Mag. v. Aerzte, St. 7.

dua-  
nen-  
vn-  
ro-  
pla-  
nor  
icit.  
n)

hic quaedam annotanda sunt. Ad vlcera an-  
tiqua, insanabilia, vulgo adhiberi solet. L E-  
M E R Y sublimati drachinam dimidiā in li-  
bra integra aquae calcis solvere iubet o).  
Idem medicamentum externum appellatur  
etiam

*Aqua diuina Fernelii,*  
et, si aloes drachiae sex, mellis vncia et di-  
midia admiscentur, audit

*Aqua mercurialis Zweolffri.*

M O S E S C H A R A S p) aquam phagedaeni-  
cam miscet ex aquae calcis libris tribus, spi-  
ritus vni rectificati libra dimidia, et mercu-  
rii sublimati corrosiu vncia dimidia, Sed  
addit: „haec proportio stricto iure non ob-  
seruanda est, sed huius vel illius minor aut  
maior dosis fieri possit.”

Pharmacopoea Wirtembergica, quam  
nunc a fordibus et quisquiliis purgabit Cl.

W I E G

o) Cours de Chymie.

p) Pharm. reg. Geneu. 1684. Tom. II. p. 204.

C 2

WIEGLEB, ad libram vnam calcis viuac sumit drachinam vnam mercurii. Optime vero Cl. C R E L L I V S, aquam phagedaenicam considerandam esse aut tanquam aquam calcis, aut tanquam calcem mercurii, et ultimum solummodo locum habere. Etenim quantum calcis in aqua soluitur, tantum mercurii decomponitur, propter acidi cum calce affinitatem. Ea itaque portio calcis metallae praecipitatur.

Melius itaque, mercurium sublimatum pro vsu externo in aqua soluere, nam aqua calcis non semper sibi similis.

#### IV.

##### *Mercurius dulcis. Calomel.*

Quis primus omnium huius medicamenti meminerit, definire vix audeo. Neutquam vero, vt vult SPIELMANNVS, alnigmatice de illo scripsit CROLLIUS a), qui scilicet huius medi-

a) Basilica chym. Geneu. 1658. 8vo p. 66.

medicamenti minime auctor habendus est,  
quod QVERCETANO et BEGVINO antea iam-  
iam notum. Hoc certum est, recentiori tem-  
pore mercurium dulcem fuisse inuentum, cum  
a saeculo IX. inde mercurius sublimatus cor-  
rosius iam notus et in vſu, dulcis vero ni-  
fallor, vix ante QVERCETANVM b). Vtrum-  
que praeparatum est mercurius acido ſalis  
communis impraeignatus, fed proportio dif-  
fert. — Si mercurius maximam partem aci-  
di continent, corroſius est — *Draco Volans*.  
Si maxima copia mercurii, minima acidi,  
tunc appellatur comparatiue dulcis. Ea ta-  
men fit proportio, vt ſalis dotes habeat mer-  
curius. Antiqua methodo mercurius sublima-  
tus corroſius, et copia mercurii viui tritura-  
tione miſcebantur, et haec miſcela noua fu-  
blimatione, eaque repetita, arctius iungi de-  
hebat, vt acidum magis iners fieret.

Proportionem mercurii sublimati et viui  
variam in variis libris praescriptam legimus.

C 3

Subli-

b) QVERCETANVS rediniu. a IO. SCHROEDER,  
Frft. 1644. 4to p. 656.

Sublimati plerumque pars vna, viui partes tres. Sed bene monet Cl. LEONHARDI *c)* pro varia bonitate mercurii corrosiui maiorem vel minorem copiam mercurii viui adiiciendam esse, donec globuli mercurii viui prorsus dispareant.

Criteria mercurii dulcis genuini haec sunt, ut sit saporis expers, ut nihil in aqua solubile sit, quod per oleum tartari per deliquium, vel alcali volatile praecipitetur.

Calomel splendet et in lamellas diuidi potest. De aliis criteriis vid. Cl. LEONHARDI in not. ad MACQVER Dic<sup>t.</sup> *d)*. Aliud criterium mercurii dulcis genuini commendat Cl. WIEGLEB *e)*. Miscentur partes aequales mercurii dulcis et alcali fixi, nec non exigua portio pulueris carbonum. Haec cupro fuso in crucibulo addita, si cupri colorem non mutant, mercurius dulcis genuinus est.

Alia

*c)* Nota ad MACQVER Dic<sup>t.</sup> P. IV. p. 203.

*d)* P. IV. p. 209.

*e)* Apoth. Alm. 1785. p. 197.

Alia methodus mercurium dulcem conficiendi a Cl. CORNETTE proposita legitur *f)* ex mercurio viuo et calce mercurii in acido nitri soluti et per alcali praecipitati.

Alia proportio miscendorum largitur mercurium sublimatum corrosuum, alia vero, dulcem, scil. si dupla portio mercurii eligitur *g)*. Ex mercurio sublimato loto et dein iterum sublimato Cl. DESAIVE mercurium dulcem elaborare praecepit.

Amstelodamensium methodum descripsit Cl. FERBER *h)*. Si methodo vulgari ex miscela mercurii sublimati & viui, noua sublimatione, dulcis elaboratur, encheiresis una et altera non erit superflua. Et primo quidem trituratio minori periculo perficitur, si aqua humectantur. Sublimatio igne non nimis violento debet absolui, ne sublimatum nigrescat.

## C 4

Vasa

*f)* v. CRELL ch. Journ. Th. V. p. 138.

*g)* SPIELMANN Chym. 237.

*h)* l. c. pag. 352.

Vasa vitrea, dum sublimatio suscipitur, non obturanda sunt, nisi prius omnis aqua iterum expulsa. Sublimatio saepius institui solet, ut eo melius persiciatur mercurii cum acido falso vno.

Sed aliquando prima sublimatio iam exhibuit mercurium dulcem optimae notae, teste POERNERO <sup>i)</sup>. SPIELMANNVS ait <sup>k)</sup> sicuti haud videmus, quid iteratae sublimationes in euehendis mercuriis dulcibus viribus queant praestare, ita miramur, Chemicos Hydrargyrum, quod dulce desiderant, deum ex corrosio parare, et non statim acido falso adiicere omnem mercurii quantitatem quam potest recipere.

Mercurium dulcem sexies sublimatum appellant *Calomel*, et nouem vicibus repetitis sublimatum *Panaceam mercuriale*.

Vnica

<sup>i)</sup> V. et MACQVER I. c. p. 203.

<sup>k)</sup> In diss. de Hydrarg. ppt. int. effect. §. 7. Collect. Cl. WITW. p. 190.

Vnica sublimatione BAILLEAV iam olim  
mercurium dulcem p̄aepr̄are docuit *m).*  
Bene docuit Cl. BAVMÈ *n)* nimis repetitam  
sublimationem mercuriū dulcem iterum  
corrofium reddere, nam quavis repetita sub-  
limatione aliqua copia mercurii volatilis red-  
ditur et aufugere solet, vnde acrimonia ite-  
ruin augetur.

Cum nec repetita sublimatio mercurium  
corrofium in perfecte dulcem convertere  
possit, suo iam tempore ZWOELFFERVS praē-  
cepit mercurium dulcem super porphyriteim  
tritum, aqua calida abluere, et denuo exfic-  
care *o).* Eandem operationem BAVMÈ com-  
mendat *p).* Historiam mercurii dulcis Cl.  
BERGMANN recensuit *q).* Cl. SCHELE no-

C 5 uam

*m)* V. CRELL, ch. Journ. Th. V. p. 138.

*n)* V. et MACQVER l. p. 208. Tres sublima-  
tiones MACQVER praeſcribit, etiam DOSSIE.

*o)* V. et SPIELM. diff. cit. p. 189. l. c.

*p)* V. et MACQVER, l. c. p. 209.

*q)* Act. Suec. Vol. 34. et Cl. CRELL N. Entd.  
l. p. 76. De criteriis vid. Apoth. Alm. 1783.  
p. 70.

uam methodum proposuit, *Via humida* mercurium dulcem sine sublimatione, per modum praecipitationis potius, consciendi <sup>v)</sup>). Soluitur nempe libra mercurii dimidia in eadem quantitate acidi nitri. Ebulliat per aliquot horas in balneo arenae.

Alia solutio ex nouem vncis salis communis in aquae fontanae libris sex vel octo feruidae facta, misceatur cum priori sub agitatione perpetua.

Facta praecipitatione fluidum supernatans separatur, et aqua feruida affusa edulcoratio tam diu continuatur, donec aqua prorsus insipida sit gustu explorata.

De cautelis necessario obseruandis, et de praefstantia mercurii dulcis per praecipitationem via humida, consulendus est ipse inuentor

<sup>v)</sup> Schwed. Abh. B. 40. von 1778, v. quoque in Apoth. Alm. 1781. p. 32. et Cl. CRELL N. Ent. VI. p. 160. MACQVER, l.c. p. 210. in not. Cl. LEONH.

uentor huius methodi. Mercurius dulcis per sublimationem elaboratus chemicis appellatus fuit *Aquila alba*, et aqua ablutus calida *Manna Mercurii*. Alii praecipitatum album mannam mercurii appellarunt. Mercurius dulcis in mercatorum tabernis arsenico etiam adulteratus reperitur. Eodem modo cognoscitur fraus, quo exploratur bonitas sublimati corrosiui.

Mercurius dulcis est medicinal panchresta et polychresta, quae sui similem vix habet in vniuersa materia medica et pharmacia. Praescribitur vulgo, cum ptyalismus desideratur, sed aliis etiam visib⁹ optime inferuit, et modo cum absorbente, saccharo, praescribitur. In morbis venereis, contra lumbicos rotundos, in hydrope et quartana rebelli efficax est medicamentum.

Infantibus tenerioris aetatis, aut nutrici nonnunquam praescribitur. Sed tamen omni periculo non caret hoc præstantissimum medica-

dicamentum, nam ab eius vsu interdum tortina vehementiora aliaque pessima symptoma obseruata sunt.

Legi casum tristem, mortis nempe a mercurio dulci s). Insigne anthelminticum est mercurius dulcis cum camphora simul exhibitus.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, immortale decus Germanorum, meliores nonnullas formulas in med. rat. syst. communicauit, in primis vero formulam pilularum anthelminthicarum, quarum ingredientia sunt: mercurius dulcis, extractum tanaceti — alia extr. amara — myrrha, affa foetida, camphora, extr. flor. cham.; ol. destill. Rutaee.

Optime medentur morbis a verminosa cachexia ortis. In morbis chronicis, vbi pittuita

s) M. E. W. Med. D. de mercurio dulci puluerato, quem adolescens quondam XV. annorum mense Iun. 1702. ad grana XV. haufigit, ast sexto post haustum die vitam finiuit. Quedlinburgi, 1703. 8vo.

tuita multa eliminanda , commode satis iappae radix , aloë , similia , cum mercurio dulci simul solent praescribi.

Plures formulae morsulorum anthelminthicorum passim occurunt , quae mercurium dulcem continent.

Boli forma mercurius dulcis , dentibus inimicus , sapienti consilio praescribitur.

Mercurii dulcis granum vnum cum faccharo mixtum , partitis vicibus ut ptarmicum , naribus excipere suadet Cl. SCHMUCKER in Amaurosi.

Notum est medicamentum usitatissimum *Puluis alterans Plummeri* , ex mercurio dulci et sulphure aurato antimonii , ad partes aequales longa trituratione mixtis . Vnicus Cl. TODE damnauit <sup>t)</sup> qui noxios effectus huius medicamenti se obseruasse affirmat . Sit fides penes auctorem . Nunquam ego ab eius usu malum effectum obseruavi , qui ab anno 1764 . frequenter praescripsi cum cicuta STOERCKII .

PRO-

<sup>t)</sup> Bibl. P. I. p. 203.

## PROGR. II.

CASSELLIS, D. XIII. AVG. 1785.

**S**upereft e falino - mercurialibus pharmaciſ  
vnum, nuper demum inuentum, ſcilicet

*Mercurius dulcis martiatus,*

cuius historiam et uſum medicum, data nunc  
opportuna occaſione, breuiter atque ſtrictam  
enarrabo. Diu notum erat physiciſ, mer-  
curium, qui cum variis metalliſ amalgama  
facillime firmitate, cum ferro per ſe nunquam  
in amalgama coire a). Martis cum mer-  
curio coniunctionem nullo modo poſſe ob-  
tineri, nimis audax edixit Cl. BAVM b).  
Ignorant enim Galli merita et inuenta chy-  
mica Germanorum, atque ſe ludibrio expo-  
nunt

a) — His modis, ſine iactura, fit Amalga-  
ma de omni metallo. FERRVM excepereis.  
— BOERH. Elem. Chem. Edit. Lips. 1732.  
T. II. p. 434.

b) Erl. experim. Chym. Th. II. p. 694.

nunt c). Et tamen verum est, diu iamiam in Germania varia instituta fuisse tentamina circa martis cum mercurio coniunctionem.

Teste Cl. POTT d) suo tempore CAR-  
DILVCIVS martis atque mercurii sublimati  
aequales partes aqua solvere, evaporare, su-  
blimare iussit, atque sublimatum rubrum ob-  
tinuit. Sed verus inuentor mercurii dulcis  
martiati est vir Cl. PETR. IMAN. HARTMANN,  
med. Prof. Frfti. ad Viadr. in chemia et vni-  
uersa med. eruditissimus e). Paratur autem  
ex residuo florum salis ammoniaci cum la-  
pide haematitide, et mercurio viuo tritura-  
tionis et sublimationis ope. Ratio haec est:  
acidum salis communis in sale ammoniaco  
delitescens cum mercurio viuo dat mercu-  
rium

- c) Neues Magazin für Aerzte, B. VII. St.  
III. p. 279. vbi lepida occurrit narratio de  
stupenda Gallorum ignorantia et arrogantia.
- d) De sale communi p. 61.
- e) Diff. de Mercurio dulci martiali, eiusque  
praeparatione et vsu medico. Frfti ad  
Viadr. 1773.

rium dulcem, simul vero sal ammoniacum haematitidem in sublime rapit, ut oriatur omnino mercurius dulcis cui simul mars inheret.

Varia quae miscendorum proportionem obseruandam concernunt, l. c. p. 18. leguntur.

In Gallia ipsa A. 1760. et 1764. PETRVS TOVSSAINT NAVIER, vir Cl. de mercurii cum marte connubio experimenta varia instituit f).

Constat itaque, quod negavit Cl. BAV-MÉ, martis et mercurii connubium, plus una ratione obtineri posse.

Est

f) Leguntur in Mem. de l'Ac. des Sc. de Paris T. VI. et germ. vertente Cl. WEIGEL, in NAVIER Gegengifte B. II. Gryphisw. 1782. 4to. Erörterung verschiedener Mittel, das Quecksilber mit dem Eisen innig zu verbinden, und einer neuen Weise, das Quecksilber, ohne Beyhülfe einer Art Säure im Wasler auflöslich zu machen, nebst practischen Betrachtungen über die Wirkungen dieser Bereitungen in verschiedenen Krankheiten.

Est vero mercurius resoluentium medicamentorum princeps, mars autem inter roborantia primarium occupat locum.

Contraria itaque medicina hic combinatur, et sapienti quidem consilio. Etenim saepius in artis exercitio praestat, contrariam indicationem combinare, omnium consensu.

Interdum vis nimia resoluens mercurii pertimescenda est, interdum debilia sunt aegrotorum corpora, ut de conseruando augendoque labore, immo coercenda resolutione humorum a mercurio, cogitandum sit, illaque mixta indicatio poscat medicamentum cum resoluens, tum robors simul, cui satisfacere videtur martis cum mercurio coniugium. De hoc argumento doctissime olim iamiam disputauit laudatus Cl. HARTMANN g) et nuper Cl. NOSE h).

Aliam

g) In diss. qua martis cum mercurio coniunctionem v̄sibus practicis commendat. Hal. 1756.

h) Ueber die Behandlung des venerischen Uebers. Augsp. 1780. 8vo.

D.

Aliam ob caussam b. HIRSCHEL martis  
vsum commendat iis, qui mercurium sumunt,  
nimatum ut prohibeat, saltim minuat ptya-  
lismum i).

Et haec quidem sunt, quae de mercurii  
cum marte connubio innotuerunt.

Sequitur

*Turpethum minerale,*  
*seu Mercurius praecipitatus flamus.*

Occurrit minera hydrargyri paßlim acido  
vitrioli impraegnata, seu *Turpethum minerale*  
*natiuum ii).* Sed cum haec inter pharmaca  
locum

i) Briefe über versch. Gegenstände aus der  
A. W. Erster Th. Berl. 1768. 8. III. Brief.

ii) v. WOLFF, experiments &c. in Phil.  
Transact. Vol. 66. P. II. N. 43. et seorsim  
Lond. 1777. 4to Germ. Peter WOLF,  
Versuche über die innere Mischung einiger  
Mineralien u. s. w. Leipzig. 1778. gr. 8vo. Cl.  
SVCKOW (iam Prof. Heidelb.) Mineralo-  
gische Beschreibung des mineralischen Tur-  
peths u. s. w. Manheim 1782. 8vo. Celeb.  
BAUMER (Prof. Primar. Gieffens.) Progr.  
Historia mercurii cornei Hassiaci &c. Gieff.  
1785.

locum non inuenire possit, mitto nunc hoc  
memorabile inuentum, nuper demum factum.

*Turpethum artefactum*, quod solum in  
medicina visitatum, **BASILIO VALENTINO**  
iam notum fuisse, perhibent *k)*, deinde vero  
ab **OSWALDO CROLL** clare descriptum *l)*.  
Aliam methodum parandi Cl. POTT tradidit *m)*,  
quae vilori pretio et ob rationes chymicas se  
commendat. Quod vero optimam confici-  
endi rationem spectat, illam nuper exactius  
tradiderunt viri Cl. BAVMEN) et MACQVER o).  
Momenta praecipua haec sunt: mercurius  
viius solui debet in acido vitrioli *concentrato*,  
igne simul feruido adhibito, et larga debet  
esse

*k)* Ita b. SPIELM. Chym. ed. alt. p. 157. et in  
diff. saep. cit. de hydrarg. ppt. int. effect.  
ap. Cl. WITWER, Vol. I. p. 184.

*l)* Basilic. chym. p. 205.

*m)* Miscell. Berolinens. T. V. p. 91.

*n)* Ert. exp. Chym. Th. II. p. 443. sqq.

*o)* Chym. Wörterb. Th. II, p. 624. et Th.  
IV. p. 346. prolix.

esse portio olei vitrioli, non tamen nimia et superflua. Destillationis ope tunc abstrahatur acidum ad siccitatem usque, igne aucto, ut vero calx mercurii obtineatur. Edulcoratio tunc aqua feruida toties repetenda est, donec aqua assusa sit prorsus insipida. Tunc demum affirmari potest, mercurium ab omni adhaerente acido vitrioli prorsus liberatum esse, salisque omnis experiem, — vt contra Cl. ROVELLE bene monuit Cl. BAVME, qui creditur Turpethum esse verum sal medium p). Etenim experimenta, quae Cl. BAVME cum probe edulcerato Turpetho instituit, docuerunt, ab omni acido prorsus esse purgatum. Etrauit itaque b. SPIELMANN q) qui affirmat, in hoc praeparato decenter edulcorato acidum vitriolicum *vnam*, mercurium *quatuor* partes absoluere.

Vsum medicum quod attinet Turpethi,  
ab antiquissimis inde temporibus contra luem  
galli-

p) l.c. p. 449.

q) Diss. cit. l. cit. p. 184.

gallicam ceu praestantissimum medicamen-  
tum laudatum fuit. Sic lego apud BASILI-  
VM VALENTINVM <sup>r)</sup> „Vitriolum mercurii,  
„in einem aqua forte aus Salpeter und Alum  
„destilliret, so er darinnen solviret wird, so  
„schiesßen Crystallen einem Vitriol ganz gleich.  
„Dasselbe wieder abluiret, und mit Spiritu  
„Vini, so zuvor mit seinem Sale Tartari re-  
„ctificirt, alsdenn purifizirt und zum süßen  
„Oel gemacht — ist eine edle Medicin ad  
„luem gallicam — curirt alte Schäden —  
„die Gicht, und viel Krankheiten — Eodem  
„loco ait quoque BASILIVS VALENTINVS:”  
Dieses Oel adjungiret man auch den mar-  
tialischen Lincturen — vt pateat, iam<sup>1</sup> anti-  
quissimis temporibus notum suissò turpethum.  
Multæ colligit BOERHAAVIUS <sup>s)</sup> de Turpe-  
thi vſu, cuius ope PARACELSUS' miracula  
præstitit, quod SYDENHAMVS in Tr. de lue

D 3

venerea

<sup>r)</sup> Schlußreben. Ed. Hamburg 1700. 8vo

P. 378.

<sup>s)</sup> Chem. I. c. p. 428.

venerea in morbis maxime rebellibus laudat,  
BOYLE ceu Ptanicum parcissima dosi dedit,  
eiusque vsu cataractas sanavit, Femina quae-  
dam, Parisis declamatos restituit. In hy-  
drope et tabe venerea ipse BOERHAAVIVS  
laudat.

Retulit amicus, b. GAVBIVM matronam  
quandam hydrope pectoris desperato labo-  
rantem, turpethi vsu perfecte sanasse. Dosi  
vero parua exhiberi debet, cum sit medicina  
drastica, sic quidem, ut quarta pars grani  
vnius vna vice sumatur. Recentiori tempore  
ROBERT IAMES, medicus in Anglia celebre-  
rimus, in Hydrophobia dedit Turpethum mi-  
nerale. Scripsit ille libellum *Cure of the Bite  
of mad Dogs*, et alterum: *on canine Mad-  
ness t).* Monet autem IAMES, corporibus  
ficcis turpethum nocere, phlegmaticis melius  
conducere.

Vesperi dedit turpethum a tribus granis  
ad octo, camphorae totidem, cum syrupo  
quodam

t) Vid. quoque IAMES in Abridgm. of the  
philos. transact. Vol. LX. p. 218.

quodam boli forma. Altera die repetit eandem dosin — deinde post duarum dierum interuallum. Abstinuit ab hoc remedio, imminentे saliuatione, donec haec iterum cefaret: vulneri simul applicuit drachmam vnguenti et ultra, ex aequalibus mercurii et pinguedinis partibus — Post duas, tres dies, si effectus saliuatiōnis nulli, balneum frigidum quotidie adhibuit. — Tunc tres denū doses turpethi, sed minores, ad duo vel tria grana dedit, balneaque repetit. Eandem methodum tribus vel quatuor periodis lunae reduntibus adhibuit. Vult, sic praecaueri in homine et brutis, morbum posse, nisi quod brutis largiores doses remedii sint exhibenda. Si vero morbus iam ingruit, inunctiones auggendas esse, atque turpethi dosin sine temporis iactura offerendam esse etc.

WERLHOFII pilulae contra hydrophobiam recipiunt cantharidum gr. j. Turpethi gr. dimidium, Camphorae grana decem, et cum mucilagine Tragacanthae haec in pilu-

D 4 larum

larum formam omnia redigenda. Per integras septimanas sex WERLHOFIVS has pilulas dedit, simulque cauterium, cucurbitulas, et vnguentum mercuriale adhibuit.

Cl. LAYARD monet u) in corporibus irritabilibus, et spasmo iam affectis non conductere turpethum, cum irritatio, quae eius effectus est, semper noceat.

Cl. DARLVC eadem methodo qua Cl. IAMMES v) usus est. Nolo hic omnes nominare, quorum ASTRVC mentionem fecit, qui Sec. XVI. turpethum in morbo gallico dederunt.

*Mercurii in acido vegetabili solutio praeparata, hodie usitata.*

Quis sit scopus scriptionis nostrae, aliquoties dixi iamiam. Epitomen scilicet mercurialium scribere coepi, in usum medorum

u) Essay on the bite of mad Dog. Lond.  
1762. 8vo.

v) V. VANDERMONDE, Journ. de la med.  
Vol. III.

corum praxin ineuntium, et eorum, qui in  
academiis studium pharmaceutico-chymicum  
neglexerunt, ut pateat, quae hodie in usu  
sint pharmaca, mercurialia varia, et qua ra-  
tione conficienda sint, subiunctis nonnullis  
de horum usu veroque pretio.

Nimis itaque ab instituto meo foret alienum, si singulas mercurii solutiones in acido  
vario seorsim pertractare velle, quae non-  
dum inter pharmaca usitata locum inuenie-  
runt. Mitto itaque solutiones mercurii in  
acido phosphori, spathi, salis sedatiui, fuc-  
cini, salis acetosellae, sacchari, citri, formi-  
carum, et quae sunt reliqua, de quibus no-  
tatu digna annotauit CL. MACQVER. Solum-  
modo itaque sermo esto de solutione mer-  
curii in *acido acetii* et *acido tartari*, quarum  
usus nuper in medicina frequens fieri coepit.

Nouum non est, encheiresi adhibita, mer-  
curium in acido vegetabili solui posse. SPIEL-

MANNVS a) plurium auctorum mentionem fecit, quibus artificium istud notum erat, quique in lue gallica mercurii solutiones in acido vegetabili iam olim laudarunt. E primis omnino PENOTVS b) fuisse videtur, post hunc vero ANT. MUSA BRASSAVOLA. Morbum Neapolitanum pellit, et alia mirabilia praefstat, PENOTO teste.

Aliqua etiam de mercurii solutione in acido vegetabili habet Cl. FERBER c), in primis vero de terra foliata mercuriali, quam pharmacopola Parisinus FOVRGV parare solet.

a) In Diff. de hydrarg. ppt. effect. ap. Cl. WITTWER, p. 190.

b) Habeo coram, auctore PENOTO, Tr. var. de vera praeparatione et vsu med. chym. ed. tert. Vrfellis 1602. 8vo. Extat integer processus p. 34. Hunc locum exscripsit VON HORNE, von verschiedenen Methoden das Quecksilber in venerischen Krankheiten zu gebrauchen, &c. Leipz. 1782. 8vo. Sed Dosis omisit. Granum vnum exhibetur in vino, ait PENOTVS. Exhibetur autem ter in septimana.

c) Neue Beyträge zur Mineralgesch. saep. cit. p. 353.

let. Hoc deum seculo quaestio saepius iterum mota fuit, nam praefat mercurio in acido vegetabili soluto vti? Dirissima enim luis symptomata, non luis ipsius symptomata, sed potius mercurialium adhibitorum esse, non pauci affirmarunt. Crediderunt itaque acidum salis in primis pessime nocere aegrotis, maxime vero ossibus, quibus hoc acidum infusum est, atque mitius agere mercurium cum acido vegetabili.

Nullum medicamentum recentiori aetate tantam famam sibi acquisiuit, quam pilulae KEISERI d), quarum princeps ingrediens mercurius acido acetii impraeagnatus. Scripsit integrum diff. CL. DAVISON, de solutione mercurii viui in acido vegetabili, eiusdem-

que

d) De his vide Hannov. Magaz. 98. St. 1765.  
et RICH. DE HAVTESIERCK Rec. d'obff. de  
Med. etc. T. II. Paris 1772. 4to. et germ.  
in Samml. auserlesener Abh. zum Gebräu-  
che praktischer Aerzte. Drittes St. Leipz.  
1775. gr. 8vo S. 152. seq. MACQVER I. c.  
B. 4. p. 197. VON HORNE, I. c. p. 83. seq.

que vſu. L. B. 1767. Sed voti non particeps fieri potui, vt liceret oculis usurpare hanc dissertationem, eti faepius amicos rogarem in terris belgicis ipsis, vt quouis pretio, siue exemplar, siue copiam eius mecum communicare velint. Occurrunt vero mercurii in acido vegetabili soluti species vna et altera tantum, quae nuper in praxi medica laudatae fuerunt, nimirum,

i) *Mercurius in acido acetif folutus.*

Huc pertinent pilulae KAYSERI, de quibus iam dixi.

Encheireses circa mercurii in acido acetif destillati solutionem obseruandas tradidit BAVME e) et MACQVER f).

Mercurium per se calcinatum in acetofolui, STAHLIO non ignotum fuit, viro in chemia peritissimo g).

Facile

e) I. c. Th. II. p. 503, sqq.

f) I. c. Th. II. p. 124. et Th. IV. p. 164. sqq.  
cf. simul NAVIER I. c.

g) V. MACQVER I. c. Th. II. p. 124.

Facile autem soluitur calx mercurii ope  
acidi nitri facta, et per alcali praecipitata, in  
aceto *h*).

2) *Mercuius in acido tartari solutus.*

Nominandi veniunt MONNET *i*) et PRES-  
SAVIN *k*), qui hoc seculo istud praeparatum  
prae ceteris laudarunt. Varia etiam tentami-  
na instituerunt viri Cl. NAVIER *l*) et Cl.  
MACQVER *m*) cum mercurio et acido tartari.  
Sed omnino laus huius medicamenti fuit ni-  
mnia, quod prolixiori sermone in primis de-  
monstratum dedit VON HORNE *n*). Negari  
quidem

*h*) MACQVER Th. IV. p. 164.

*i*) Misc. Taurinens. T. IV. Melange de Phi-  
los. &c. de Soc. R. de Turin et germ. im  
neuen Hamb. Magazin B. 16. S. 429. in  
Epitome MACQVER Th. IV. p. 230.

*k*) Tr. des maladies veneriennes dans lequel  
on indique un nouveau remede pour le  
guerir. Paris 1773. v. et Cl. GRVNER Aus-  
züge B. 2. p. 59.

*l*) I. c. Recensita quaque leguntur apud ap.  
Cl. MACQVER Th. IV. p. 228. 9.

*m*) Th. IV. p. 227. sqq.

*n*) Abh. von den verschiedenen Methoden  
das Quecksilber in den venerischen Krank-  
heiten zu brauchen, Leipzig, 1782, 8. p. 156.

quidem nequit, idem praeparatum v. c. Mercurium acido tartari impraeagnatum, varia methodo elaboratum, diuersis gaudere qualitatibus o), sed num istud discrimen sit tanti momenti, vt effectus in miasinatae corrigendo sit maior dubia res manet. Nuperime Cl. MATTHIEV p) in hydrophobia Turpethi mineralis grana octo exhibuit per aliquot dies, cuius vim draſticam aceto corrigerre allabrorauit.

Huc etiam pertinet solutio mercurii et cupri in aceto, quod praeparatam perperam audit

*Mercurius praecepitatus viridis.*

Seorsim soluuntur in acido nitri mercurii partes quatuor, et cupri pars una in eodem acido, et euaporatione ac calcinatione menstruum abstrahitur, deinde vero in aceto de-

stillato

o) MACQVER l. c. Th. IV. p. 233. monente  
Cl. LEONHARD.

p) Hist. de la Soc. R. de med. A. 1779. Par.  
1782. 4. simul externe adhibuit vnguentum  
mercuriale.

stillato solui debent haec metalla, et euaporatione ad sicciam consistentiam redigenda sunt q) LEMERY huius praeparati iam mentionem fecit r).

Laudat ille hoc praeparatum tam interne, quam externe in gonorrhoea maligna inueterata, contra bubones et condylomata. Interna dosis grana sex, forma pilularum vel boli. Perperam dici praecipitatum, iam monet LEMERY, qui de vſu etiam multa addiecit.

*Mercurius in Alcali solutus.*

Mercurium in alcali solutum ad luem fannandam paſſim commendatum legimus s). Fuit autem ratio haec. Quum acida mineralia, quale acidum faliſ communis, corpori humano ſint inimica, maxime oſſibus iſpis, ut metuenda ſit ex nimia copia huius acidi

in

q) MACQVER l. c. Th. III. p. 635.

r) Cours de Chymie, germ. ex noua ed. gallica, Dresd. 1698. 8. p. 342. fqq.

s) SPIELMANN in diff. cit. §. 9, ap. Cl. WITWER l. c. p. 192.

in corpus ingestu, ossium corrosiu, aliud quaeſuerunt menstruum, quod initius ageret, nec adeo corrosiu.

Varia ſymptomata luis tamquam effectus mercurialium adhibitorum non pauci conſiderarunt, qua de re LYDOLFS integrum ſcripſit diſſertationem t).

Idem itaque mercurium cum alcali foliūtūm cēu tutum ſpecificum antiuenereum com- mendat u). Sed de ſolutione mercurii in alcali monendum, quod de eius ſolutione in acido vegetabili iam dictum fuit, ſcilicet per ſe vix ſolui mercurium ab alcali, tam fixo, quam volatili v), fed ſolutionem in acido minerali ab alcali affuso deiici, mox vero ab  
alcali

t) Demonſtratio, quod atrocifſima luis ve- nereae ſymptomata non ſint effectus morbi, fed curae mercurialibus iuſtitutae. Erford. 1747.

u) Diſſ. de mercurio per alcali ſoluto tutiſſimo ſpecifico antiuenereo. Erford. 1747.

v) BAVMÉ l. c. Th. II. p. 507. MACQVER, l. c. T. IV, p. 162. in annot. Cl. LEONHARD.

alcali iterum solui. Requiritnr vero, vt acidi copia sit larga, cui alcali solutum admisce-  
tor. Alcali volatile in primis hoc modo lar-  
gam mercurii quantitatem soluit, immo mer-  
curius ex acido nitri per alcali fixum praeci-  
pitatus, ab alcali volatili soluitur.

Alibi occurunt obseruationes et tenta-  
mina, quae Cl. CADET x), cum mercurio in  
acido nitri soluto, et admixto spiritu vini  
per destillationem et sal alcali fixum, scilicet  
tartari fecit. Obtinuit ille alcali volatile, sal  
volatile siccum, et oleum odoris bituminosi.  
In ipso demum alcali volatile auxilium no-  
uum contra luem gallicam inuenisse, contendit  
Cl. PEYRILHE y). De vero usu eius at-  
que efficacia v. HORNE docte satis scripsit z).

### *Mer-*

x) Mem. de l'Ac. des Sc. de Paris A. 1769.

y) Remede nouveau contre les maladies ve-  
neriennes, tiré du regne animal; ou essai  
sur la vertu antivenerienne de l'alcali vö-  
latil, par b. PEYRILHE, Maitre en Chirur-  
gie de Paris. Ib.

z) l. c. p. 173. et seqq.

E

*Mercurius gemmatus Plenckii.*

Quum haud pauci medicorum perfimerent acrimoniam praeparatorum salino-mercerialium, solertiori studio de alia methodo exhibendi mercurium sine salibus, cogitauit Cl. PLENCK, atque nouum invenitum suum publici iuris fecit a). Subegit ille mercurium triturationis ope cum mucilagine gummi arabici, et varia forma propinavit.

Nouam hanc methodum exhibendi mercurium praestare ceteris, variis argumentis demonstrat,

Resor-

- a) Methodus noua et facilis, argentum viuum aegris venerea labe infectis exhibendi &c. Vindob. 1766. 8vo. A new and easy method of giving mercury, by J. PLENCK, translated from the latin by W. SAVNDERS, 3. edit. Lond. 1772. Animaduerfiones Cl. SAVNDERS in hunc libellum, leguntur etiam in Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Gebrauche praktischer Aerzte, 3. B. 3. St. Leipz. 1777. 8vo p. 405. sqq. Altera et tertia editio libri PLENCKII aucta est. Prodierunt etiam germanice. Porro prodiit: Methode nouvelle d'administtrer le vif-argent — ouvrage traduit du latin de Mr. PLENCK, par Mr. LA-FLIZE, — à Nancy.

Reforberi facile per vasa lactea ad massam sanguinis, deesse acrimoniam, ptyalismum non oriri, si hac ratione exhibeat, praecipua videntur. Taceo reliqua, et nouam hypothesin de mercurii agendi modo in corpus humanum. Ipse Vir Cl. in libello suo nonnullas formulas mercurii gummosi communicavit, et alibi nuper b).

Ex primis sere, quibus arrisit haec noua methodus exhibendi mercurium, fuit Cl.  
HERZOG c).

Grauem vero nactus aduersarium Cl,  
PLENCK, medicum olim Berolinensem LE<sup>\*</sup>  
ONH.

- b) In libello eleganti et docto, doctrina de morbis venereis. Vienn. 1779. 8vo. quod etiam germanice prodiit.
- c) Diss. de morbo articulare &c. Helmstad. 1768. Is ait p. 84. Berolini in Nosocomio regio haec medicina cito innaluit, utilitate sua in morbis venereis longe commendatissima — incredibilem huius medicamenti efficaciam in centum amplius aegrotis feliciter, iisque sine omni molestia remedio illo sanatis, grata in optimum Plenckium pietate admiratus sum, eandemque eius etiam virtutem nuper expertus in arthritica &c.

E 2

ONK. EL. HIRSCHEL d). Censurae etiam subiecit Cl. WYNOLD MVNNICKS e) pharma-  
ca Plenckiana. Monet autem varia contra  
affinitatem gummi arabici cum mercurio a  
Plenckio stabilitam, obseruationes a Viro  
Cl. consignatas mancas declarat, et affirmat,  
ab usu remediorum PLENCKII saepius ortan-  
tuisse saliuationem, quam obseruarunt etiam  
Viri Cl. HERZOG et SAVNDERS. Doctas  
animaduersiones suas deinde nobiscum com-  
municauit Cl. HARTMANN f) et idem Plen-  
ckii liquorē mercurialeū contra vermes  
laudat g).

Tandem

- d) Beiträge zu seinen Betrachtungen über den innerlichen Gefauch des Mercurii sublimati corrosui — nebst einem Schreiben gegen H. PLENCK Tr. methodus noua &c.
- e) Diss. de lue venerea, eiusque praecipuis auxiliis, inter quae ZWIETENII ac PLENCKII remedia potissimum examinantur. L. B. 1769 4. mai.
- f) Diss. cautiones nonnullae ad liquoris mercurialis PLENCKIANI usum spectantes. Frfti. ad Viadr. 1769, resp. SOMMER.
- g) Progr. de liquoris mercurialis PLENCKI-  
ANI virtute anthelmintica, ib. 1770.

Tandem et Cl. ODHELIUS tentamina sua cum mercurio gummoso instituta recensuit *h*). Plenckiani medicamenti docta dijudicatio legitur apud Cl. von HORNE *i*),

ROSENSTEINII combinatio mercurii corrosivi et mucilaginosi supra iam fuit allegata *k*),

Commendat PLENCKII pharmaca indoles blanda et mitis, sed omnium consensu aequa facile salivam mouent, quam reliqua mercurialia omnia, et negari nequit, mixtionem mercurii cum mucilagine gummoso facile iterum destrui, ut quotidie noua portio liquoris in pharmacopolarum tabernis confienda sit, ne incerta fiat dosis mercurii, et ut facilius subeat vasa lactea.

Et haec quidem sunt praecipua pharma-ca mercurialia, quae interne adhibita ex lon-

*h*) vid. Schwed. Abb. B. 32. von 1770.

*i*) l. c. p. 135. sqq.

*k*) vid. El. liber de morb. infant. ed. quarta, Cap. de lue venerea.

go tempore. Mitto permulta obfoleta extera mercuralia, quae hodie nunquam adhiberi solent, et de vnicō dicam, quod externe frequentius adhiberi solet nostra aetate. Est vero

*Vnguentum Neapolitanum, hodie dictum.*

Antiquissimus videtur usus vnguenti mercurialis teste FREINDIO a). Is enim ait: „constat mercurii potestatem (per salivationem curare morbum gallicum) etiam cum inunge- „retur, Theodorico fuisse cognitam, quippe „qui varia huinomodi vnguentorum describat, „ac regulas proponat, quam diu, et quam saepe „vndio continuari debeat, usque dum fluxus in- „cipiat, aegrum item cauere iubeat, ne per me- „diae tempus frigori se obiiciat, neque lauetur „intra quadragesimum diem.”

Plurium auctorum meminit ASTRVC b),  
qui

a) In hist. med. in Opp. Paris. 1734. 4to m.  
p. 524. Editiones Chirurgiae THEODORICI  
recenuit b. HALLER, in Bibl. Chirurg.  
T. I. p. 146.

b) De morb. vcner, ed. alt. Paris. 1740. 4to.  
Th. II. vid. Index tit. vnguent, mercurial.

qui ab ipso luis venereae ingressu vnguenta mercurialia adhibuerunt, ab anno certe 1496. sed omnes fere formulae illorum temporum erant compositae, et superfluis, immo noxiis rebus nimis onustae.

Placuit deinde et nostra in primis aetate, vnguenti forma simplicissima, ex Axungia porci lota et mercurio. Ad meliorem globulorum mercurii extinctionem sufficit salvia fani hominis, aut terebinthinae q. s.

BAVMÉ annotauit, axungiam in connubio mercurii breui temporis spatio rancidam fieri. Non diu itaque in officina pharmaceutica istud vnguentum afferuari debet, sed praefstat recens.

Proportio vero miscendorum in singulis fere Dispensatoriis occurrit alia. Sumunt alii, v. c. Parisini, mercurii et axungiae partes aequales, quae proportio etiam in dispensatorio Argentoratensi et Wirtembergensi praescripta leguntur.

ROSENSTEINVS aliisque sumunt mercurii  
p. j. axungiae p. jj. immo alii axungiae p. jjj  
- jv. Facile autem intelligitur, copiam axun-  
giae non esse debere nimiam. Iunioribus  
medicis hoc scitu necessarium est, quae pro-  
portio sit formulae officinalis, cum definire  
velint copiam vnguenti illinendi: Multum  
enim interest, qua copia quotidie mercurius  
applicetur frictione.

Cl. DESPATVREAVX commendauit cam-  
phorain, vnguento mercuriali adiiciendam,  
et affirmat camphoram cohibere vim mer-  
curii fialalogam, non vero destruere vim an-  
tisyphiliticam. Ait ille, se obseruasse, per  
vincias octodecim ad summum, luem fuisse  
sanatam, sine omni saliuatione c).

Pro

c) *Missa*, diff. resp. DESPATVREAVX au-  
tore, E. lui venereae Hydrargyrus cam-  
phoratus, affirm. Paris, 1750. recusa in  
Collect. disp. pr. HALLENI — et germ. à  
Cl. CRELD in Sammlungen — B. I. p. 492.  
Gallice in VANDERMONDE: Journ. de Med.  
et germ. Samml. &c. B. IV. Frst. et Lips.  
1760. p. 359.

Pro mercurio camphorato militant Cl.  
RAISIN d) et Cl. CORDET e). Sed VOGEL-  
LIVS, COLOMBIER, Cl. BLOCH f) affirmarunt,  
camphoram non impediisse ptyalismum.

Primit sex diebus inungere iubet DE-  
SPATVREAVX vnguenti drachmas duas, de-  
inde vero diebus alternis vnciam dimidiam.

Monet simul, b) FR. HOFFMANNO iam  
cognitam fuisse virtutem camphorae antisy-  
philiticam g), quam et nuperi laudant h).  
Sed circumspectum usum Cl. COLLIN i) sqq.  
verbis commendat: „*Lue venerea laborantes*  
„*a Camphora, magna dosi data, male habent:*  
„*spasmiss corripiuntur, conuulsiones minitanti-*

E 5 bus

d) VANDERMONDE, germ. Samml. B. V.  
p. 472.

e) VANDERMONDE, germ. Samml. B. VI.  
p. 153. Habet proprias obſt.

f) v. Cl. CRELL l. c. p. 593.

g) v. Ei. diff. de Camphorae uſu interno.

h) v. Cl. CRELL l. c.

i) Obſt. P. III. Camphorae Vires. Vienn.  
1773. 8vo, p. 148.

,bus, excitatur inde in illis febris, et varia alia  
symptomata. Si tamen in humoribus iam na-  
sta sit putredo, his etiam prodest."

Vnguenti mercurialis s. neapolitani usus  
maxime frequens fuit ad luem gallicam et  
hydrophobiam sanandam. De adhibendi  
methodo infra sermo esto. Hic sufficiat ge-  
neratim dixisse, consilio tantam quantitatem  
interdum inungiri, donec oriatur ptyalismus,  
interdum vero minorem longe copiam, omni-  
que studio praecaueri ptyalisnum.

Per extinctionem miasmatis curare morbum  
syphiliticum, hanc medendi rationem ap-  
pellant. Hanc tribuunt plerique Cl. CHICOV-  
NEAV, olim Prof. Monspeliensi, inuentori,  
et ad Annum 1718. referunt h).

Sed

h) In diff. Frictiones mercuriales ad curan-  
dam luem venereum non sunt adhibendae  
in hunc finem, ut saline fluxus excitetur,  
Monspel. 1718. Possideo anglicem versio-  
nem: CHICOVNEAV, the Practice of Saliv-  
ating

Sed recte monuit b. HALLERV<sup>S</sup>, methodum, quam Cl. CHICOYNEAV inuentori tribuunt, iam 1709. in Heluetia adhibuisse Cl. 10. CONR. à BRAVN <sup>1)</sup>). Nolo hic de commodis aut incommodis inunctionis vtraque methodo differere, nec de inunctione, quam in ore ipso commençauit Cl. CRVIKSHANK, aut de ptyalisini plenioris vel parcioris infor-

tuniis,

vating shewn to be of no usu or efficacy in the cure of the Venereal Disease, but greatly prejudical thereto, or the antivenereal virtue of Mercury prov'd to be independent of any saliva evacuation. With the method of Applying it, so as to obtain it's full Force, and a thorough cure, without, infinitely better than with the Tortura of Salivation. Thy whole abundantly supported from Experiences and Matters of Fact. Lond. 1723. 4to.

<sup>1)</sup> Prodiit viri doctissimi opus posthumum : diff. med. de methodo tuta et facill, citra saliuationem curandi luem venereum, quam experimentis et obſi, pract. firmatam et illustratam, olim ſibi comparauit b. m. 10. CONR. à BRAVN, Prof. quondam Heidelbergensis etc. nunc publici iuris facere decreuit, 10. IAC. filius. Scaphusii 1739. 4to vid. et ASTRVC T. II. p. 1090. iniunctiones partiales à primis fere temporibus adhibitas fuiffe — &c.

tuniis, de quibus infra dicendi locus erit.  
Hoc tamen hic praeterire nequeo, Cl. GARDANE <sup>m)</sup> multis argumentis damnasse omnem  
inunctionem vnguenti huius.

Cutim ait ille, obstruit vnguentum mercuriale, impedit insensibilem transpirationem cutis, ut mirum non sit, impetum humorum versus glandulas oris dirigi, atque ptyalismum oriri. Febrim accedit cutis obstruc<sup>fuit</sup>ti<sup>on</sup>, unde humorum ad putredinem usque fusio, faucium inflammatio, deglutitio difficultilis atque suffocationis metus, et centum alia symptomata, quae inunctioni omnia debentur. Euiliuit iamdiu iterum methodus inungendi in ore ipso, a Cl. CRAVIKSHANK proposita. Hic solum de praeparatis mercurialibus loquor, infra vero de singulis morbis dicam, in quibus mercurii virtus laudata

fuit

<sup>m)</sup> Prodiit germ, ex gall. GARDANE über die verschiedene Arten die Lustseuche zu heilen. Augsp. 1771. et melior versio, Sorau 1777. 8vo.

fuit  
pic  
mi,  
mer  
appl  
nis,  
et e  
mer  
dam  
supe  
AST  
AST  
plast  
ante  
scrip  
igno

fuit vñquain, vbi etiam sermo erit de vsu topo-  
nico vnguenti mercurialis.

Iam agmen claudat historia

*Emplastrum mercurialis.*

Nobis hic otium fecerunt viri litteratissimi,  
mi, b. van SWIETEN, qui in commentariis  
meminit, cingulis variis et armillis, externe  
applicatis, saeculo XVI. illiusque primis an-  
nis, iam luis sanationem multos suscepisse,  
et eruditissimus ASTRVC, qui de emplastris  
mercurialibus eorumque vsu ad lucem sanan-  
dam, fere omnia exhausit, ut nullum fere  
superfis spicilegiūm.

Oscitanter legit, vt Galli solent, opus b.  
ASTRVC, Cl. von HORNE n), qui ait b  
ASTRVC ad Annum 1553. retulisse vsum em-  
plastrorum mercurialium. Si legisset, quae  
antea T. II. p. 620. ASTRVC de IO. VIGONE  
scripsit, cuius Chirurgia prodiit 1514, non  
ignorasset, longe ante 1533. emplastrum mer-

curiale

n) l. c. p. 222.

curialia in vsu fuisse — immo diu ante annum 1514, quod iamiam ex indice operis b. ASTRV C patet, modo voluisset indicem euoluere — quod tamen facere solent, qui vix primis labbris gustarunt artis cuiuscunq; historiam — Emplastrum 10. de VIGO, aut ceratum potius, maximam adquisiuit famam, diuque in vsu fuit, ad recentiora vsque tempora.

Bene ait l. c. beatus ASTRV C, emplastris vicaria sunt inunctionis, sed tardius operantur — et bene dixit b. van SWIETEN, incertam esse copiam mercurii resorpti, eamque ob caussam viu diu cingulis et armillis curam luis in vsu fuisse, cum melior innoviceret flatim methodus propinandi mercurium. Emplastrorum mercurialium praecipua fata, fuerunt haec, ut in singulis formulis, quarum exempla fere innumera ex tot libris pharmaceuticis ego colligere nolim, quantitas mercurii sit admodum varia, modo minor, modo maior. Ipse VIGO habet emplastrum

plastrum de Ranis cum Mercurio, duplicatum, triplicatum, quadruplicatum. Aliam proportionem praecipiunt Edinburgenses, Londinenses, caeterique. — Sed in eo contentiunt omnes, tardam esse efficaciam emplastrorum — nam mercurius, quem tenacia inuoluunt, difficulter et fero demum resorbetur, emplastra cutim obstruunt, inflammant, et quod saepius obseruari, ab vsu emplastrorum mercurialium, bubones longe frequentius indurantur magis, quam ut emolitionem expectatam obseruare possis. Euiduit itaque hodie emplastrorum vsus fere omnis, horumque loco potius vnguenta adhibentur, supra et infra bubenem illinenda, vt facilior resorptio.



Quae dicenda supersunt, de vsu imprimis mercurialium ad varios morbos sanandos, de modo agendi in corpus humanum, de vsu eius polychreste, variisque adhibendi formis, ea omnia proxima tradam occasione.

